



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Alexander Ioannes Briantus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

rantis, Campianum, suum  
olim magistrum, implorauit  
vir nobilis; & coniux mox  
paruulum salua enixa est, ac  
nato Campiani nomen da-  
tum. Baronius in notis Mar-  
tyrologij Romani 29. Dec.  
de Anglicanis fidei heroibus  
præclarè loquitur, & parti-  
culatim de illis quos, inquit,  
*super Sancta Societas Iesu ve-*  
*luti agnas innoxios, in sacris*  
*septis, sanctis eruditionibus,*  
*acceptissimas Deo hostias sa-*  
*ginauit.* Videri potest lau-  
datus locus.

P. Alexander Ioannes  
*Briantus.*

*Anglus.* Angelici oris, & eloquen-  
*eadem die* tix, Apostolici spiritus vir,  
*ibid.* post biennium Lōdini sacris  
laboribus impensum, anno  
1581. 28. Aprilis in carce-  
rem datus est, ibique fame  
in-

incredibili , siti , equuleo  
 deinde s̄epiūs ac dirè vexato-  
 tus . Scripsit in carcere epi-  
 stolam , in qua dicit se ante  
 biennium de Societate incū-  
 dâ cogitasse , nunc verò *Vocatio.*  
 sacramento spopondisse id se-  
 facturum . Ante tormenta *B.V.*  
 recitato Beatissimæ Virginis  
 rosario , se delicijs cœlestibus  
 mirificè perfundi persensit :  
 id quod ipse testatus est : &  
 adiecit ; in tortura vltima se-  
 quietum , solatij plenum , do-  
 loris experiem fuisse . Ad-  
 mitti ad Societatem petiit ,  
 & est admissus , votis quo-  
 que mox editis . Hæc ille  
 scribens , adiunxit : Testis  
 dies iste , testis & hoc Chiro-  
 graphum manus meæ in die  
 iudicij . Cùm crucem gestans *Crucifi-*  
 ad tribunal prodiret , iussus *xvi.*  
 est illam abijcere . Sed ille :

No-

Nolo, inquietabat, nolo usque  
ad mortem vexillum meum,  
Crucifixi miles, deserere.  
Ibo ut moriar pro illo qui  
pro me mortuus est prior.  
Ita post Campianum pari  
morte damnatus est, & inter-  
factus. Remundus, & alij  
quidam, aiunt cum de fur-  
ca deiectum in pedes consti-  
tisse.

*P. Ioannes de Carpio.*

*nijpanus.*  
*Ogmurij.*  
*3. Decemb.*  
*1634.*  
*stat. 51.*  
*Soc. 20.*  
*Zcluz.*

In Philippinis (à Philippo  
II. Rege Catholico sic di-  
ctis Oceani insulis) magni-  
perè laborauit, iuxta votum  
illud quo se cōceptis Sacra-  
menti verbis Deo in anima-  
rū salutem dēuouerat. Apud  
Pictos Indos, qui cutem pun-  
ctim pingunt, perquam stre-  
nuè in aliorum salutem in-  
cubuit; sed ita ut suæ quo-  
que intentus, nullam omni-  
nō